

Q. K.  
420  
47

755

II h  
709

VT  
BENEVOLI  
BONARVM ARTIVM  
FAVTORES  
SEX  
BONAE SPEI JUVENVM  
ORATIVNCVLAS  
IN  
SCHOLA ANNAEA

X 231 6712

D. XVIII. FEBR. MDCCLI  
HORA A MERIDIE SECVNDA RECITANDAS  
BENEVOLE AVDIANT  
AB IISDEM

*EA QVA PAR EST PIETATE AC RELIGIONE  
CONTENDIT*

SIMVLQVE  
DE DIIS ET DEABVS INFANTVM OLIM APVD  
GRAECOS ET ROMANOS DIVINO CVLTV  
AFFECTIS DISSERIT

M. GOTTHELFF CONRAD GOLDSCHAD  
RECTOR.

DRESDAE, LITERIS HARPETERIANIS

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)



UNIVERSITÄT

ARTIS

DAVIDS

UNIVERSITÄT

GRATIA

UNIVERSITÄT

UNIVERSITÄT

UNIVERSITÄT

UNIVERSITÄT

UNIVERSITÄT

UNIVERSITÄT


UNIVERSITÄT

UNIVERSITÄT

UNIVERSITÄT

UNIVERSITÄT

UNIVERSITÄT



M  
di

qu  
di  
di  
pr  
po  
ter

qu  
cet  
An







entiles, quibus mentem vana obnubilaverat olim superstitio, immortalis Dei gloriam, ad imagines similes hominis mortalis & volucrum & quadrupedum & serpentium transtulisse, testis ipse divus Paulus. (a) Inde multitudo Deorum exorta,

*Quicquid enim humus, pelagus. cælum mirabile gignunt*

*Id duxere Deos: colles, freta, fumina, flammæ (b)*

Minime itaque cuidam mirum videri debet, si eosdem & Deos, Deasque nascentis & natis pueris præfecisse, divinoque cultu olim adfecisse, legimus.

Inter omnes vero infantum Deos, eminent *Diespiter*, ipse sc. Jupiter, quippe qui eam ob causam cognomen nactus, quia partum perducit ad diem. Itcirco & simili nomine *Dijovis* dictus est, & *Lucerius*, qui nos die & luce, quasi vita ipsa afficeret & juvaret. (c) Sive ut *Verro* interpretatur, (d) *quasi dios pater, nam Dis est Jupiter vel diei pater*. Et post pauca: *Idem hic Diespiter dicitur, infimus aër, qui est coniunctus terræ: ubi omnia oriuntur, ubi abortiuntur*.

*Jovi* proxima est, *Juno Lucina*. Nomen adepta a *juvando* & *luce*, quia lucem præbeat fetibus, vel quia maturos foetus in lucem ex utero evocet. (e) Unde parturientes hujus implorabant auxilium, uti ex *Terentii Andria* (f) liquet, ubi *Glycerium* parturiens clamat:

*Juno Lucina fer opem, serva me obsecro!*

Sic

(a) Rom. I. 23. (b) Prudentius contra Symmachum L. I. (c) Julius Aurel. L. I. de cognom. Deor. c. 3. (d) in VI. de L. L. conf. & Lud. Vives in Augustinum de Civ. Dei p. 235. & A. Gellius in Noct. Att. L. V. c. 12. (e) Nat. Comit. Mythol. L. IV. c. 1. (f) Act. III. sc. 1. 15.



Sic & *Juno Opigena*, quod, ferre opem, in partu laborantibus, crederetur, est culta Romæ a matronis. Quapropter & Catullus (a) de ea cecinit

*Tu Lucina dolentibus  
Juno dicta puerperis.*

Eandem autem fuisse *Dianam*, sive *Lunam*, quæ & partibus mulierum favere, credebatur, testatur Cicero: (b) *Dianam autem eandem esse putant, a lucendo utramque nominatam. Itaque & apud Græcos Dianam, eamque Lucinam, eamque Luciferam: Sic apud nos Junonem Lucinam in pariendo invocant, quæ eadem Diana annivaga dicitur, non a venando: sed quod in septem numeratur, tanquam vagantibus. Diana dicta, quia noctu quasi diem efficeret. Adhibetur autem ad partus, quod ii maturescunt, aut septem nonnumquam, at plerumque novem Lunæ cursibus; qui, quia mensa spatia conficiunt, menses nominantur. Concinneque, ut multa Timæus, qui cum in historia dixisset, quæ nocte natus Alexander esset, eadem Dianæ Ephesiæ templum deflagravisset, adjunxit, minime id esse mirandum, quod Diana, tum in partu Olympiadis adesse voluisset, afuisset domo. Vocabatur etiam dux nascentium, mortalium corporum auctor & conditrix.* (c) Ideoque facem ardentem manu gerit, quæ veteres novilunii virtutem significabant. (d) Ephesi in templo Dianæ, ejusdem effigies multarum mammarum fuisse, legitur, quia cultores ejus decepti putabant, eam omnium viventium nutricem. (e) Varro de L. L. *Quæ, Diana, ideo videtur a latinis Juno Lucina dicta, vel quod terra (ut Physici dicunt) juvat & lucret, vel, quod a luce ejus, quæ quis conceptus est, una juvat; Donec mensibus æteis produxit in lucem. Facta igitur a juvando & luce Juno Lucina: a quo parientes eam invocant. Luna enim nascentium dux.* Illa est teste Horatio (f)

*Montium custos, nemorumque virgo,  
Quæ laboranteis utero puellas  
Ter vocata audis, adimisque letho,  
diva triformis.*

A 2

Voca-

- (a) Carm. 35. (b) de natura Deorum II. (c) conf. Pfeifferus in Antiq. Græc. p. 663. Nat. Comes l. c. Porphy. apud Euseb. Præp. Evang. III. 3. (d) Voss. de Theol. gent. L. II. c. 16. (e) S. Hieronymus in Proëm. Epist. Pauli ad Eph. Minuc. Felic. Octav. c. 21, (f) L. III. Carm. Od. 22.



Vocabatur & ob eandem causam *genitalis*, & inprimis a Græcis *Ilithyia*, εἰλέθιοι παράτῃ ἐλέθω, quod invocetur, ut factus veniat in lucem. Romani quoque *Ilithyiam* colebant in hunc usum:

Rite maturos aperire partus,  
Lenis *Ilithyia*, tuere matres,  
Sive tu *Lucina* probas vocari,  
Seu *Genitalis*. (a)

Pausanias (b) *Parcam* esse, dicit, *Ilithyiam*, fuisseque quæ ex *Hyperbo- reis Deum* venerit, sitque parienti *Latonæ* obstetricata. Ideo in *At- tica* terra inter deos γενεοῦλιδας collocaretur, quæ *Genesi* præesset. *Simulacrum* ante illos poni solebant poplitibus flexis, quod sic enixa esset filii *Nauplii*, ex quo more facti sunt illi *Nixii* tres in *Capitolo* ante cellam *Minervæ*, quos *Attilius Glabrio*, victo *Antiocho*, *Romam* transtulit, quibus matronæ supplicabant, velut præsentibus pa- rientium nixibus. Erant enim simulacra gembus immixta.

Similiter & λοχέια appellata est, ob curationem partus, quæ & ipsa λοχέια dicitur, dolores, item partus & fœtura, (c)

Mos fuit apud veteres, ut *Lucinam* ipsum dictamo coronarent: ejusdemque reverentia apud eos tanta fuisse, perhibetur, ut non solum præesse parturientibus credita sit, cum invocaretur, illisque opem ferre, verum etiam, tanquam custodis, cui ortus, & vitæ, salutisque humanæ initia deberentur, illius imago ante fores domorum poneretur. Neque hominibus solum præesse parturientibus hæc *Dea* putabatur, sed etiam brutis, & plantis: quoniam his omnibus lunæ humor, vel nascentibus vel parientibus confert, (d)

Inter Deos infantum, etiam *Genius* non inferiori loco fuit habitus. Illius enim nomen a genendo exortum, quod unum quemque jam genitum suscipiat & tueatur. *Genius*, inquit *Censorinus*, (e) est *Deus*, cujus in tutela, ut quisque natus est vivit. Hic sive, quod, ut genamur, curat, sive, quod una genitur nobis cum; sive etiam, quod, nos genitos suscipit ac tuetur. Dicebatur ab antiquis *naturalis Deus unius cujusque loci, vel rei, vel hominis*. Qui hominis est, is *Ammiano Marcellino* (f) di-

(a) Horat. Carmi: sec pro Imp Pop. Rom. (b) Lud. Vives in Augustin. de Civ. Dei p. 235. (c) V. ff. in Theol. gent. Lib. II, c. 16. Pfeiferus l. c. p. 663. (d) Nat. Comes l. c. L. IV. c. 1. conf. & P. Antesignani Commentat. in Terent. l. c. (e) Censorinus de die natali c. III. Varro L. VI. rerum divin. (f) Lib. XXI.



dicitur, *Genius tutelæ salutis appositus*. Hic est, *Genius natale comes*, qui temperat *asirum*, ut Horatius eum describit. (a) Hic enim creditur hominibus clam nunc suadens, nunc dissuadens, universam vitam gubernare, esse mentis & voluntatis prope moderator. Qualis generali quidem nomine, seu viro, seu feminæ additus, *Genius* appellatur: sed particulatim appositus feminæ, dicitur *Juno*. Unde & factum, ut mares quidem *Genio* solverent munera, feminæ vero *Junoni*. Ergo Tibullus cecinit. (b)

*Natalis Juno sanctos cape tiburis honores.  
Quos tibi dat tenera docta puella manu,*

Colebatur autem die natali, uti iterum Tibullus: (c)

*At tu natalis, quoniam Deus omnia sentis  
Anne.*

Dixerunt veteres: *Genio frontem præcipue esse dicatam*, quoniam illa pars plerumque indicio est, an inviti, vel sponte quid faciamus, & an læti simus, vel tristes. (d)

Cicero quoque meminit *Nationis Deæ*, quæ nascentibus præesse credebatur (e): *Quod si tales Dei sunt*, ejus verba sonant, *ut rebus humanis intersint*. *Natio quoque Dea putanda est: cui cum fama circumimus in agro Ardeati, rem divinam facere solemus: quæ quia partus matronarum tueatur, a nascentibus, Natio nominatur.*

Etiam *Mentem* coluisse veteres infantum Deam, Augustinus testatur (f) *Posuerunt*, inquit, *& mentem Deam, quæ faciat pueris bonam mentem*. Hinc & Romani *Menti* ædem excitarunt, ut Ovidius (g) docet:

*Mens quoque numen habet, Menti delubra vitænis.*

Quæ ipsi vota fuit in Capitolio, bello Punico secundo, ut testis Livius. (h) *Dedicata a T. Ottacilio Crasso*, duumviro ejus rei ergo creato unoque tantum canali ab æde Veneris Erycinæ discreta. (i)

Omnibus etiam corporis infantum partibus dedicarunt Deos, deasque. Sic *Carneæ* quæ a carne poterit dicta videri. Vitalibus enim præerat. Sacra ejusdem Calend. Junii celebrabantur, quæ Junius Brutus, pulso Tarquinio, in Cælio monte primus fecit. (l) *Cunina* quæ infantes in cunis tuetur ac fascinum submovet. (m) Hæc, secundum

Var-  
(a) Epistol. L. II. Ep. 2. 187. (b) Lib. IV. Eleg. 6. (c) ibid. Eleg. 5. (d) Pfeiff. l. c. p. 650. Lindembrog. in Not. ad Censorinum l. c. cap. III. p. 12. Nat. Comes l. c. p. 295. Zimmermanni Anal. Misc. Menstr. p. 540. ejusd. Florileg. Philol. Hist. p. 374. Camerarius in Hor. subsec. c. II. p. 14. (e) de Nat. Deor. III. 18. (f) de Civit. Dei. Lib. VII. c. 3. (g) 6. Falter. (h) Lib. XXII. (i) conf. Gisberti Cuperi Observ. Lib. II. c. 17. p. 271. (l) Tertull. de Idolol. c. 15. (m) Lactantius de fals. Rel. c. 20.



Varronem, (a) lacte placabatur: *Hiscæ manibus, ait, lacte fit non vino.*

*Levana*, quæ pueros de terra lavet. Quam cum *Lucina*, eandem esse quidam statuere. (b)

*Edulica*, quæ escam præbeat. *Potina* quæ potionem ministrat. *Cuba* quæ bene cubandi infantibus, beneficium daret. Sic enim Donatus in Terentii Phorm: (c) commendatus: *Legitur apud Varronem, initiari pueros, Edulicæ & Potinæ & Cubæ, divis edendi, & potandi, & cubandi, ubi primum a lacte & a cunis transferunt.*

*Fatulinus* erat Deus, quem præferant infantibus fari incipientibus (d)

*Nundina* a nono die appellata, quo Romani mares lustrabant, iisque nomina imponerent, quem etiam *Lustricum* & celebrem, a lustratis & expiatis puerulis cenabant. (e) Nonum etiam expectabant Athenienses, eundemque maribus designabant. (f)

*Statilinus* & *Statanus* dii erant præfides, quibus sacra ferebant, postquam pueri stare atque ambulare didicerant. (g)

*Rumina* erat Dea, quæ mammis, quas fugebant infantes, præerat (h) *Ruma* enim apud veteres dicta fuit, mamma. (i) Unde *scus Ruminalis*, quod sub ea arbore lupa mammam dedit Romulo & Remo. (l) Inde & *agnus subrumus*. Sic in Gloss. Isid. *Subruberis* dicuntur infantes, qui adhuc sub ubere sunt. (m) Huic Deæ lac libabatur, lacte aspergebantur hostiæ. (n)

*Ossilago* Dea esse memoratur, quæ durat & solidat infantibus parvis ossa (o)

*Vagitanus* five potius *Vaticanus* Deus erat, quem vagitibus infantum præferant. Gellius hujus meminit ex Varrone: (p) *Vaticanus, inquit, Deus nominatus, penes quem essent vocis humanæ initia, quoniam pueri, simul atque parvi sunt, eam primam vocem edunt, quæ prima in Vaticano syllaba est: idcircoque vagire dicitur, exprimente verbo sonum vocis recentis.*

*Paven-*

(a) de lib. educ. apud Non. II. 756. (b) conf. Voss. de Theol. Gent. L. II. c. 26.  
(c) Act. I. sc. I. 15. conf. P. Antesignani Commentat. hanc in locum p. 737.  
(d) Non. Marcell. XIII. 56. & Alex. ab Alex. dies Gen. Lib. VI. 26. (e) Macrobr. Saturnal. L. I. c. 16. (f) Pitiscus l. c. (g) Varro apud Non. Marcell. XIII. (h) Varro de lib. educ. II. 756. (i) Plinius, Festus (l) Lud. Vives l. c. Lib. IV. c. XI. p. 236. (m) Beermann de Origin. Lat. Lingvæ p. 947. (n) Lud. Vives l. c. & Varro de lib. educ. apud Non. II. (o) Pitiscus l. c. (p) in Noct. Art. Lib. XVI. c. 17.



QK II 1709

*Paventia* seu *Paventina*, quæ pavores ab infantibus arcebat. (a)  
Ne denique & orbi carerent Dea, *Orbona* apud Romanos quoque fuit  
cultâ. Arnobius, (b) *in tutela Orbonæ*, ait, *sunt orbatî liberi parentibus*.  
Ara *Orbonæ* fuit ad ædem *Larium*. (c)

Sed fati de Diis atque Deabus infantum veterum gentilium. In-  
stituti ratio nos admonet, ut id aggrediamur, quod occasionem hujus scrip-  
tionis subministravit. Quidam enim e Scholæ nostræ Annæe discipulis  
publicum diligentia & officii specimen edere constituerunt. Et quia de  
*præstantia bonæ institutionis* e Plutarchi aureo libro, de puerorum insti-  
tutione, ejusdemque Part. II. de pueritia cap. 4. adhuc fuerunt edocti, ani-  
mum appulerunt ad aliquot orationes de hac re habendas. Secuti itaque  
Plutarchum ductorem, dicent

JOANNES FRIEDERICVS MVLLERVS, *de nobilitate &*  
*gloria* sermone latino,

TRAVGOTT RICHTER, *Dorffhaynens.* de divitiis, car-  
mine teutonico,

JOANNES CHRISTIANVS JOEPELIVS, *Dresd.* orat.  
latina *de pulchritudine & sanitate*,

JOANNES AARON SCHAFFRATHIVS, *Dresd.* germa-  
nicis verbis *de robore & fortitudine*,

JOANNES CHRISTOPHORVS GVNTHERVS, *Seligstad.*  
verbis latinis *de voluptate*. Et tandem

JOANNES GOTTLOB FRITSCHIVS, *Stolp.* *de bona in-*  
*stitutione omnibus his præstantiori, puerisque maxime neccessaria*, car-  
mine vernaculo concludet.


Quem Actum Oratorium, ut *Mæcenates Amplissimi*, omnesque,  
qui studiosæ juventutis *Promotores* ac *Fuatores* esse, quam videri malunt,  
honorifica sua dignentur presentia, ea, quæ decet, quoque convenit studio,  
rogamus. Eorundem benevolentiam nobis, gregique nostro præstitam,  
non prædicaturi tantum, sed, quo etiamcumque licuerit officii genere de-  
merituri. Dabam e schola Annæa d. 13. Febr.

A. O. R. MDCCLI

(a) Augustin, I. c. L. IV. c. XI. (b) IV. p. 131. (c) Plinius II. 7.







Q. R.  
420  
47

735

II h  
709

VT  
BENEVOLI  
BONARVM ARTIVM  
FAVTORES  
SEX  
BONAE SPEI JUVENVM  
ORATIVNCVLAS  
IN  
SCHOLA ANNAEA

X 2316712

D. XVIII. FEBR. MDCCLI  
HORA A MERIDIE SECUNDA RECITANDAS  
BENEVOLE AUDIANT

AB IISDEM  
*EA QVA PAR EST PIETATE AC RELIGIONE  
CONTENDIT*

SIMVLQVE  
DE DIIS ET DEABVS INFANTVM OLIM APVD  
GRAECOS ET ROMANOS DIVINO CVLTV  
AFFECTIS DISSERIT

M. GOTTHELFF CONRAD GOLDSCHAD  
RECTOR.

DRESDAE, LITERIS HARFETERIANIS.

BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SAALE)

